

AD LIBRI II. CAPUT V. 1 — 3. VI. 1. 101

*ex igni vim recipiat* — Sulpic. *exigui vim recepit*. Franeck. *ex igni vim recipit*. Codex Laeti: *exigui vim recipiat*. Guelf. *exignitum recipit*. Wrat. *exiguum recipit*. Sequens et omittit Sulp. Guelf. Wrat. Pessime et ineptissime Iocundus emendare conatus est, quae bene habent, sed alieno loco collocata. Restitui igitur in locum suum. Vulgabatur autem hic locus ita: *latentem, intinctus in aqua priusquam exeat ignis, vim recipit, et humore* et cet. Scilicet in saxo latebat calor humori, terreno et aëri mixtus, antequam humore et aëre exusto, reliquus calor ab igni vim reciperet atque se explicaret, affusa et penetrante aqua. Plura dicentur ad Cap. VII sect. 2.

*refrigeratus* — Wrat. *frigeratus*. Deinde *reicit* Guelf. Wrat.

3.

*Ideo autem* — Sulpic. *Ideoque autem*. Deinde *coiciuntur* Sulpic. *coiciuntur* Guelf. *cohiciuntur* Wrat. Postea *exhimuntur* Wrat.

*eadem magnitudine permanente* — Sulpic. Franeck. Guelf. Wrat. *ea magn. perm.* Ordinem Wrat. cum Guelf. tenet hunc: *ea perm. magn.*

*et raritates* — Wrat. *raritatis*. Deinde *siccescendo* Wrat. Postea *coheunt* Sulp.

A D C A P U T VI.

*Baïanis et in agris* — Sulpic. Guelf. Wrat. *et* omittunt. Infra 5 c. 12 est: *portetur pulvis a regionibus, quae sunt a Cumis continuatae ad promontorium Minervae, isque misceatur, uti in mortario duo ad unum respondeant*. Strabo V p. 195 ed. Siebenk. de Dicaearchia: *Χειροποιητοὺς ἔχουσα ὄρμους διὰ τὴν εὐφυΐαν τῆς ἄμμου· σύμμετρος γάρ ἐστι τῇ τιτάνῳ, καὶ κόλλησιν ἰσχυρὰν καὶ πῆξιν λαμβάνει· διόπερ τῇ χάλικι καταμίξαντες τὴν ἀμμοκονίαν προβάλλουσι χρώματα εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ πομποῦσι τὰς ἀνακεπταμένας ἠϊόνας, ὥστε ἀσφαλῶς ἐνορμίζεσθαι τὰς μεγί-*